XVII
99

Nunc exhibitis utraque iusta thoris
Tu quoque dilectam multos infide per annos
Diceris oenonen destituisse tuam.
Nec tamen ipse negas, et nobis omnia credere
Quaerere si nescis maxima cura fuit.
Adde quod ut cupias constans in amore manere
Non potes. expediunt iam tua uela phriges.
Dum loqueris mecum. dum nox sperata paratur
Qui ferat in patriam iam tibi uentus erit.
Cursibus in mediis nouitatis plena relinques
Gaudia. cum uentis noster abibit amor.
An sequar ut suades. laudataque pergama uisam
Pronurus et magni laomedontis ero.
Non ita contemno uolucris praeconia famae
Ut probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit sparte. quid achaia tota
Quid gentes asiae. quid tua troia loqui.
Quid priamus de me priami quid sentiet uxor
Totque tui fratres. dardanidesque nurus.
Tu quoque qui poteris fore me sperare fidelem
Et non exemplis anxius esse tuis.
Quicumque iliacos intrauerit aduena portus
Is tibi sollicitae causa timoris erit.
Ipse mihi quotiens iratus adultera dicas
Oblitus nostro crimine iuncte tuo
Delicti fies idem reprehensor et auctor
Terra precor uultus obruat ante meos
At fruar iliacis opibus cultuque beato
Donaque promissis uberiora feram
Purpura nimirum pretiosaque texta dabuntur
Congestoque auri pondere diues ero.
Da ueniam fassae. non sunt tua munera tanti.
Nescio quo tellus me tenet ipsa modo.
Quis mihi si laedar phrigiis succurret in oris XVII 266
Unde petam fratres. unde parentis opem. XVIII
Omnia medeae fallax promisit iason
Pulsa est esonia num minus illa domo.

8v

Omnibus inuenies quae nec iactare ...
Nauibus a portu lene fuisse fr...
Fax quoque me terret quam se peperisse ...
Ante diem partus est tua uisa ...
Et uatum timeo monitus quos ...
Ilion arsurum praemonuisse fer...
Utque fauet cytherea tibi quia uicit ha...
Parta per arbitrium bina trophea tu...
Sic illas uereor quae si tua gloria u...
Iudice te causam non tenuere de...
Nec dubito quin te si prosequar ar...
Ibit per gladios hei mihi noster amo...
Fera centauri ... dere bella
At tracis hemonios hipodom...
Tu fore tam lentum iusta menelau...
Et geminos fratres tindareumque p...
Quod bene te iactas et fortia fact...
A uerbis facies dissidet ista tuis.
Apta magis ueneri quam sunt tua corp...
Bella gerant fortes tu p...
Hectora quem laudas pro te pugna...
Militia est operis altera digna tu...
His ego si saperem pauloque audacio...
Uterer. utetur si qua puella sapi...
Aut ego deposito faciam fortasse ...
Et dabo cunctatas tempore uicta m...
Quod petis ut furtim praesentes ista ...
Scimus quid captes colloquiumque uoc...
Sed nimium properas adhuc tua messis ...
Haec mora sit uoto forsan amic...
Hactenus archanum furtiuae conscia ...
Littera iam lasso pollice sistat opus.
Ceteras per socias climenen et...
Quae mihi sunt comites consiliumque du...
Si mihi deficies et sis in amore ...
Inuitis oculis haec mea uix le...

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 107, CodSerN_107_8v – Publius Ovidius Naso: Heroides (https://fragmentarium.ms/view/page/F-5uqo/1765/21396)